

pendit, ipsumq; concilium usq; ad tempus triennij præfatum, continuandum statu
 it & prorogauit. Postmodum uero ipso Alexandro prædecessore (sicut deo placuit)
 uita sancto, nobisq; diuina fauente clementia ad apicem summi apostolatus assum
 ptis, dum tēpus triennij iam aduenerat, & nos p uestigia eius prædecessoris incedere,
 & ordinationem præfatam, ab eo in cōcilio (ut præfertur) factam, puro corde & recta
 uoluntate adimplere properaremus, quibusdam rationibus tūc expressis, animum
 nostrum mouentibus, concilium huiusmodi in Romana urbe (quæ paulo ante de
 manibus hostium recuperata, præsentiam nostram pro ipsius cōuersione plurimū
 flagitabat) debito tempore conuocauimus. Verum quia ueniente postea tempore
 constituto, prælati & cæteri qui huiusmodi concilio interesse debebant, nequaquā
 in tanto numero conuenerunt, quantum rerum agendarum pondus & magnitudo
 requirere uidebatur: nos per alias prorogationes p nos factas, tandē conciliū ipsum
 ad mensē Decembris nūc præsentem, solenniter prorogauimus ac celebrandum
 statuimus. Locum autem infra certum tempus reliquimus declarandū, ut interim
 super eo maturius consuleremus. Post hæc uero, infra dictum tempus nondum cla
 psam, per literas charissimi in Christo filij nostri Sigismūdi, electi in regem Roma
 norum, & Hungariæ regis illustri, instantissime requisiti, ut nō properaremus in
 declaratione huiusmodi loci pro concilio faciendo, sed tam in declaratione loci præ
 dicti, quā in tempore dicti concilij celebrandi super sedere uellemus, donec
 ipse nuncios suos super hoc instructos, ad nostram præsentiam destinaret: Nos uo
 tis eiusdē regis, quæ zelo deuotionis & puritate fidei emanare conspicebamus, an
 nuentes, aduentum præfatorum nunciorum de uenerabilium fratrum nostrorum
 sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium & prælatorum, qui Romæ in generali consi
 storio ad hoc uocati fuerunt, uoluntate, consilio & assensu duximus expectandum.
 Deinde cum post Romanæ urbis miserabilem casum ad nos tunc apud Florentiam
 existentes, nuncios accessissent, & ex parte eiusdem regis multa nobis circa materiam
 suggestissent, eorum auditis reatibus, pro pleniori expeditione dilectos filios nos
 tros Antonium TT. sanctæ Cæcilie presbyterum, & Franciscum TT. sanctorum Co
 simæ & Damiani, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, cum plena potestate sup hui
 usmodi electione loci & deputatione temporis, ac simul cum eis dilectum filiū no
 strum nobilem uirū Manuhelē Chissolareñ. militē Cōstantinopolitanum, ad præ
 sentiam eiusdē regis transmisisimus: qui ad eum ueniētes, tandem de ipsius regis con
 silio & assensu ciuitatem Constantiē. prouinciæ Magūtinen. pro loco huiusmodi
 concilij celebrandi, cōcorditer elegerunt, ac tēpus ad initiandum huiusmodi conci
 liū, statuerunt diem primū mensis Nouēbris proxime uenturi. Deinde uero nos, q
 pro quibusdā arduis & magnis negocijs cū eodē rege iuxta nostrū & ipsius deside
 ritū psonaliter cōuenientes, certificati ab eo de habilitate & securitate ciuitatis Con
 stantiæ antedictæ, quā securitatē ipse rex se pstiturum, & in ipso cōcilio psonaliter
 futurū pollicet, uolentes & ab intīmis cupiētes, ut præfata celebratio concilij salubrī
 ter impleat, & opratū consequat effectū, huiusmodi electionē loci & temporis (ut
 præfertur) factā, autoritate apostolica tenore p̄sentium de eorundē fratru consilio &
 assensu ratificamus, approbamus, & cōfirmamus, ac ei apostolice roboris adijcimus
 firmitatē, præfatūq; conciliū in ciuitate prædicta Constantiē. die prima mensis No
 uembris proxime uenturi, initiandū, & autore dño exinde celebrandū, eadē autorita
 te & cōsensu hæc serie statutus, pronūciamus, & decernimus, uenerabiles fratres
 nostros patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & dilectos filios abbates, et cæteros
 ecclesiarum & monasteriorū prælatos, hortantes & monētes, ac in uirtute p̄stiti iura
 menti & sanctæ obediētiæ eiusdē mandātes, quatenus psonaliter: necnō charissimos
 in Christo reges & nobiles uiros, principes, duces, marchiones, & alios q huiusmo
 di cōcilio interesse debent, uel q prodesse possunt quoquo modo, p uiscera charita
 tis